Fragmentarium

fr. 16

Nr. 16 fol. 1

Quod potes id tempta na litus carpere remis.
Tutius est multo quam uelum tendere in alto.
Contra hominem iustu praue contendere noli
Semper enim ds iniustas ulciscitur iras.
Ereptis opib, noli merere dolendo.
Sed gaude potius tibi si contingit habere.
Est iactura grauis quae sunt amittere dapnis.
Sunt quaedam quae ferre decet patienter amic[um]
Tempora longa tibi noli pmittere uite.
Quocumque ingrederis sequitur mors corporis umbra
Ture dm placa uitulu sine crescat aratro.
Ne credas gaudere dm cu cede litatur.
Cede locu lesus fortunae cede potenti
Ledere qui potuit forsan pdesse aliquando.
Numquid peccaris castiga te ipse subinde.
Vulnera du sanas dolor e medicina doloris.
Dampnaris numqua post longu tepus amicu.
Mutauit mores sed pignera prima memento.
Gratior officiis quo sis mage carior esto.
Ne nomen subeas qua dicunt officipdi
Cu seruos fueris pprios mercatus in usus.
Et famulos dicas homines tamen ee memento.
Qua primu rapienda tibi e occasio prima
Ne rursus queras quae ia neglexeris ante.
Morte repentina noli gaudere malorum.
Felices obeunt quorum sine crimine uita e
Cu coniux tibi sit ne res et fama laboret
Vitandu ducas inimicu nomen amici.
Cu tibi contigerit studio cognoscere multa.
Fac discas multa uita nescire doceri.
Miraris uerbis nudis me scribere uersus
Hoc breuitas fecit sensus coniungere binos.

✝ Suspectus caue ne sis miser omnibus hor[is]
Nam timidis et suspectis aptissima mors est

Sunt extrema disticha Catonis e libro IIII. f. 11 Steph.

6

Stadtbibliothek Bern

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.16, 1r – Disticha Catonis
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-77pf/5213/49746)